

## LÁMINA 7

## ESCRITURA CAROLINA

1103, [s.m], [s.d.], [s.l.]

*Roberto, obispo de Mesina, concede a Riquilda, abadesa del monasterio de Santa María, el privilegio del óleo y el crisma, la consagración de la iglesia, la sumi-sión de los capellanes al obispo y que no reciban en penitencia a los vecinos de san Nicolás de Mesina, el tener sepulturas para los fieles, y la décima parte de las viñas que Adelaida, condesa de Sicilia, concedió a la iglesia de Santa María.*

A.- A.D.M., Archivo Histórico, caja 9, documento número 27-R. Pergamino 200 x 305 + 8 mm.



(Signo) Anno ab Incarnatōne Domini millesimo centesimo quarto. Indictio- / ne undecima. Epac-  
ta undecima.

Ego Robertus, messanensium atque traia- /<sup>3</sup> nensium primus episcopus, ecclesia sanctae Mariae  
quam gloriosus comes Rogerius atque gloriosa domina / Adalaida, cometissa Siciliae et Calabriae, de  
uilissimo stabulo pro redemptione animarum / suarum omniumque parentum suorum restaurauerunt,  
communi consilio meorum canonicorum, domine /<sup>6</sup> Richildae abbatissae et illius sequacibus precibus et  
amore prefate domine cometisse con- / cedo, et liberam / ab omni terreno seruicio facio.

Ita tamen quod oleum et crisma a me et a suc- / cessoribus meis illa et sequaces illius accipient,  
et consecratio aecclesiae, et abbatissae eiusdem aecclesie /<sup>9</sup> per me aut per successores meos facta erit.

Capellani autem illius sicut alii clerici Messane dio- / chesis obedientiam mihi et successoribus meis  
facient, ad synodum meam uenient, nullum de subur- / banis sancti Nicholai qui in Messana ciuitate  
habitant nec occulte nec manifeste ad peni- /<sup>12</sup> tentiam recipient.

Sed si quis suburbanus meus infirmitate grauatus illuc sepulturam habere / uoluerit, ad sepelien-  
dum eum recipiat, cum rebus suis quas sanctae Mariae dare uoluerit. Saluis in omnibus / sanctae matris  
aecclesiae iusticus.

Postremo si capellani prefatae abbatissae adulterium aut aliud quod- /<sup>15</sup> libet peccatum commi-  
serint a me et a successoribus meis penitentiam et correptionem accipient. / Concedo quoque, pro  
redemptione animae meae et amore prefate domine cometissae, Richildae abbatissae / et sequacibus suis  
decimam tantum illarum uinearum quis cometissa dederat sanctae Mariae antequam /<sup>18</sup> hec carta fuis-  
set.

Testes huius rei sunt: Archiepiscopus regitanus. Oddo decanus. Johannes canonicus. / Dominicus  
capellanus. Robertus de Malarbia. Milia. Hugo, filius Guillelmi de Altauille. / Nicholaus camerarius.

Quicumque hanc institutionem nostram irritam fecerit uel uiolauerit /<sup>21</sup> ab omnipotenti Deo et a  
me peccatore Roberto, primo Messane episcopo, anathematizetur nec heredi- / tatem habeat in regno  
Christi et Dei nisi resipuerit et ad satisfactionem uenerit.